

notat Angel. de Perus. textus in §. Sequens, versic. Ita quod Instit. eodem titul. & ibi notat Platæa, tenet etiam Glossa ordinaria in dict. cap. 1. de Confess. lib. 6. in glossa magna in fin. Petr. de Bellaper. in leg. 2. Cod. Quorum bonorum Salycet. in Rubr. eodem titul. 2. column. Et similiter remedium l. fin. Cod. de Edict. divi Adrian. toll. non competit hæredi postquam semel adeptus est possessionem, si cadat ab ea: ita notabiliter solus Cin. ibi final. column. num. 14. cum quo transeunt communiter DD. & tenet & commendat Jas. in leg. Ejus qui in provincia §. fin. penultim. column. ff. Si cert. pet. tenet etiam Angel. de Perus. in dict. leg. 2. §. Hæc autem interdicitur. ff. de Interdictis in princip. Nec obstat Glossa in Rubr. Cod. Quorum bonorum, ubi dicit, quod ista remedia competunt amplius quam semel, per textum in leg. Licet minimam. ff. de Petit. hæred. Quia debet intelligi pro re diversa: secus pro eadem re, pro qua semel actor egit; quia pro ea non potest amplius quam semel intentari, secundum DD. ibi: & isto modo debet etiam intelligi Gloss. in leg. 3. Cod. de Negot. gestis, in glossa antepen. sed secundum veram litteram in qua deficit, non.

165 Ulterius etiam pro perfecta intelligentia & practica hujus remedii petitionis hereditatis, necessarium est videre: Qualiter debeat intentari & fieri condemnatio & executio, & quid comprehendatur in hoc iudicio universaliter? In quo articulo, ut omnes casus magistraliter comprehendam, procedo per resolutivas conclusiones. Prima conclusio sit: Quod actor potest proponere petitionem hereditatis universaliter, dicens se hæredem, & talem pronuntiare, & reum conventum condemnari & compelli ad restituendum quicquid habet, tenet, vel possidet de hereditate; & sic universaliter & genericè potest facere petitionem: quo casu, si actor probaverit res quas reus possidebat, iudex pronuntiabit eum hæredem, & condemnabit reum eas restituere; si vero nullam vel nullas res probaverit actor reum possidere; sed solum ex probationibus resultat & apparet reum possidere hereditatem, vel aliquas res hereditarias, & non constet quas; tunc iudex pronuntiabit actorem esse hæredem, & condemnabit genericè reum restituere omne illud quod habebat & possidebat de hereditate, & postea in executione fiat liquidatio rerum: & ita quotidie fit & practicitur: & in expresso istam theoreticam & doctrinam ponit Glossa notabilis & ordinaria in leg. 1. ff. de Edend. in glos. magn. post princ. & tenet & declarat ibi Bald. 2. column. in princ. num. 7. quem vide: Albert. 2. column. num. 4. Odofred. 4. column. in fin. vers. In universalibus, Bald. 3. column. in princ. num. 7. qui reputat esse notabile, & menti tenendum: Paul. de Castr. ibi, 2. column. num. 7. Alexand. 3. column. num. 20. Jas. 5. col. n. 29. Jacob. de Sanct. Georg. 4. column. num. 22. Innocenc. notabiliter in cap. Conquerente penultim. column. in fin. num. 5. de Offic. ordin. Rosfred. qui notabiliter loquitur & declarat in libellis suis, in Rubr. de action. universali. Jas. in §. Actionum, Instit. de action. num. 215. Glossa notabilis & ordinaria in cap. 2. de Libel. oblat. in glossa magn. in medio. versicul. In universalibus, & ibi Joan. Andr. 3. column. in med. Cardin. 1. col. in fin. Marian. Socin. ibi, num. 17. & 79. facit bonus text. in leg. Licet minimam. ff. de Petit. hæred. text. in leg. Sed & si possessori. §. fin. in princip. ff. de Jurejur. text. etiam notabilis in leg. Defensionis facultas. Cod. de Jure fisci, lib. 10. & ibi ad hoc expressè notat Bart. & illum text. ad hoc tamquam principalem allegat Bart. in dict. l. 1. ff. de Edend. & post eum alii DD. supra allegati. Pro qua sententia & conclusione est hodie lex notabilis in leg. 26. titul. 2. part. 3.

Secunda conclusio sit: Quod si actor egit petitione hereditatis contra illum qui possidet unam vel aliquam rem solam hereditatis, & postea pendente iudicio ante sententiam incipiat alias res de novo possidere, quæ non fuerunt petita, nec deducta in libello; tunc potest ferri sententia universaliter, per quam actor declaratur hæres, & reus condemnatur ut restituat omnes res quas possidet: iste est textus qui sic debet intelligi in leg. 4. ff. de Petit. hæred. cujus verba sunt, si hereditatem petam ab eo qui unam rem possidebat, de qua sola controversia erat, etiam id quod postea possidere cepit restituat; textus etiam expressus in leg. Si quo tempore in princ. eod. tit. facit textus in leg. Quæsitum. ff. de Peculio; textus in leg. 1. §. 1. ff. Si pars hæred. petat. & ita per illum text. in dict. leg. 4. tenent ibi Odofred. Alber. Bart. & notabilius ibi Bald. Angel. de Perus. qui bene declarant & ponunt practicam, ibi Paul. de Castr. & communiter scribentes: istam etiam conclusionem per illum text. tenet Anton. de Butr. in cap. 2. de Libel. oblat. 7. column. vers. Et procedunt prædicta Spec. in tit. de Action. sen. petitione §. Sequitur, vers. Differunt: probat etiam Glossa in cap. Cum ad sedem, in glos. 2. de restit. spol.

166 Advertendum tamen pro intellectu illius subtilis & difficilis legis, quod videtur quod superior intellectus communis non possit procedere: nam in aliis bonis de novo possessis per reum non reperitur aliqua petitio; unde non potest iudex in eis condemnare, argumento text. & ejus regulæ in leg. Ut fundus. ff. Comm. divid. ibi: Quia ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest, text. in leg. Si ex testam. in fin. ff. de Except. rei jud. text. in l. Pon-

Pon-

Pomponius, l. 2. in fin. ff. de Negot. gest. textus in leg. fin. Cod. de Fideicom. libert. Nec obstat quod petitio hereditatis est iudicium universale, aptum comprehendere sub se omnes res hereditarias, ut patet ex prima conclusione superiore: Quia respondeo, quod verum est quando universaliter intentatur ad omnes res; si tamen intentatur pro aliqua re particulari, licet iudicium sit universale aptitudine, tamen effectus condemnationis moderatur, & restringitur ad illam tantum rem petitam, ut in leg. Licet minimam. ff. de Pet. hæred. Ergo dicamus in proposito, quod condemnatio & sententia debent moderari, ut fiat tantum in re petita. Confirmatur etiam ista difficultas inevitabiliter: quia cum in aliis rebus noviter possessis a reo convento non reperitur defensio, nec auditus, non potest bene constare, an possideat titulo, vel non; vel an hæres aliquando habuit earum possessionem; vel an reus habeat aliam iustam causam defensionis, per quam possit excludere petitionem hereditatis: unde impossibile videtur quod possit condemnari; argumento text. in cap. 1. de Caus. posses. & propr. text. in Clem. pastoralis, vers. Cæterum de re jud. vers. Cum simil. quibus probatur, quod contra inauditam partem non potest ferri sententia. Unde sumpta occasione superioris difficultatis, reperio ad illam legem varios, & subtiles intellectus.

Primus igitur intellectus ad illum textum in dict. leg. 4. sit, quod ibi actor non egit petitione hereditatis ad unam rem tantum; quia tunc non posset in aliis fieri condemnatio: sed egit petitione hereditatis universaliter contra reum conventum, generaliter dicendo, quod possidebat reus bona hereditaria; unde justè venit condemnandus etiam in his quæ postea reperiantur possidere tempore sententiæ: & istum intellectum reperio quod expressè notabiliter tenet Rosfred. in Libellis suis, in Rubr. de actione universal. idem Rosfred. in Rubr. de Pet. hæred. 6. column. num. 9. Innocenc. in cap. Conquerente de offic. ordinarii, penult. column. num. 5. Bartol. in leg. Edita actio. Cod. de Edend. 1. column. in fin. contra hoc opono Alexand. ibi, 2. column. in fin. Jas. 5. column. num. 12. & in hoc videtur resistere Socin. licet relinquat cogitandum: Alber. in leg. 1. ff. de Edend. 2. column. num. 4. & ibi Alexand. 3. column. num. 20. Jacob. de Sancto Georg. ibi, 4. column. num. 22. & istum intellectum apertè vult Glossa in cap. 2. de Libel. oblat. in glos. magn. in med. vers. In universalibus, & Joan. Andr. ibi, 3. column. in med. Card. ibi, 1. column. in fin. & istum intellectum apertè tenet ibi Abb. Panorm. qui notabiliter loquitur, 10. column. num. 25. & ibi Felin. 6. column. num. 11. & tandem iste videtur magis com-

Anton. Gom. ad Leg. Tauri,

munis intellectus, pro quo facit ibi text. in dict. leg. 4. in princip. dum dicit, si hereditatem petant, &c. & sic non se restringit ad unam rem particularem. Nec obstat textus ibi dum dicit de qua sola controversia erat. Quia debet intelligi primò, propter quam solam controversia erat: & ita exponit ibi Glossa 1. quasi velit dicere, quod ratione illius rei fuit intentatum iudicium petitionis hereditatis: & secundum hoc Glossa illa ordinaria sentit istum intellectum. Sed certè iste intellectus licet in se sit verus, tamen quoad illam legem non procedit: quia ibi actor tantum egit petitione hereditatis ad unam rem, & hoc significant verba textus dum dicit: de qua sola controversia erat. Secundus intellectus verus, & planus videtur esse: quod in casu illius legis petitio fuit generalis, vel universalis; quia petit actor se pronuntiare hæredem, & restitui sibi talem rem possessam a reo convento, & insuper alia quæ postea reperiantur possidere tempore sententiæ: istum intellectum refert Bald. in dict. leg. 4. in princip. dicens per alios dari, & non nominat aliquem authorem; sed reperio quod in expresso eum tenet Petr. de Bellaper. in leg. Edita actio. Cod. de Edendo. 9. column. vers. Salva pace. Sed iste intellectus etiam non procedit; cum apertè sit divinatorius. Tertius intellectus sit, quod ibi actor proposuit petitionem hereditatis universaliter, dicendo illum esse hæredem, & reum conventum possidere bona defuncti; unde petit sibi restitui talem rem certam: nam tunc cum universaliter egit, licet in conclusione petat restitutionem unius solius rei, veniunt etiam omnes aliæ res, attempta propositione generali, vel universaliter: & in specie istum intellectum reperio quod tenet Specul. in titul. de Judiciis. §. 1. column. 1. versic. Si verò una res petitur. Sed certè iste intellectus minus bene procedit: quia totum iudicium videtur fundatum super una re, ut supra ponderavi, & probat littera text. Et sic patet, quod intellectus illius legis ita dubius est, quod vix potest percipi veritas, & in ea præclari DD. variaverunt: Unde cogitavi quod sit quartus verus, & notabilis intellectus ad illam legem, quod ibi actor egit petitione hereditatis pro sola una re tantum, & ad eam solam restrinxit petitionem suam, ut apertè probant verba text. puta, quia dixit se hæredem, & petit talem per iudicem pronuntiare: quia semper istud principaliter venit in hac actione, modò agat pro omnibus rebus, modò pro una re tantum, ut in leg. Regulariter, cum leg. seq. ff. de Petit. hæred. & istud est quod vult text. in dict. leg. 4. in princ. dum dicit, si hereditatem petam, primo petam me pronuntiare hæredem, & hereditatem ad me pertinere: & ita accipitur in toto illo titulo, & rubrica, & in-

Tc

su-

super petit rem illam ab adversario possessam sibi restitui, ut patet in text. ibi: *De qua sola controversia erat*, & postea pendente iudicio si reus alias res incipiat possidere, non requiritur alius libellus, nec litis contestatio, nec iuramentum de calumnia, nec aliqua alia petitio solemnitas vel formalis: quia primus libellus, cum sit super actione universali, & in eo iam petitum sit illud, quod in eo principaliter, & iure actionis venit, extenditur virtualiter ad omnes alias res, ut veniant illo in iudicio; bene tamen requiritur ante sententiam, quod actor summarie petat illas res quas de novo incepit reus possidere, implorato ad hoc iudicis officio, mediante quo fit in ista actione rerum restitutio, ut in *leg. minimam. ff. de Petit. hered. & iudex* addita parte adversa, summarie cognoscat de rebus noviter possessis, & in omnibus quas reperiat fuisse hereditatis condemnabit tempore sententiae: quia sine hoc impossibile esset, quod impartiret officium suum: & iste est verus & clarus intellectus illius legis iudicio meo; & reperio quod istud intellectum sentit clarè Cin. in *leg. Edita actio. Cod. de Edend. 8. column. versic. Pro cuius rei notitia*, & ibi Paul. de Castr. 3. column. in princip. imò quod magis est, dico quod etiamsi post sententiam latam incipit alias res possidere, virtus sententiae extenditur ad illas, ut non sit opus novo libello, nec iudicio aliquo ordinario, sed summarie potest cognosci, an illae res fuerunt hereditariae, & ex iudicis officio fiet earum restitutio; & ita etiam potest intelligi textus in *dict. leg. 4. in fin. ibi: Postea possidere coeperit. 1. post sententiam*; & ita ibi expressè tenet & exponit solus Paul. de Castr. facit textus in *leg. Si quo tempore eodem titulo.*

Tertia conclusio principalis, & subtilis sit: Quod si actor intendat petitionem hereditatis, dicendo se heredem, & talem pronuntiari; & reus conventus nullam rem hereditatis penitus possideat, nec pendente iudicio incipiat possidere, sed tantum ipse reus dicat, & pretendat se heredem esse, & per consequens neget intentionem actoris; bene competit actori petitio hereditatis; & tali contradictione probata, fertur sententia pro actore, in qua iudex pronuntiabit eum heredem, & habere omnia iura defuncti, & adversario perpetuum silentium imponetur: Et erit virtus huius sententiae maxima, quia quocumque tempore reperiat reus aliquam rem hereditatis possidere, illa sententia mandabitur executioni; & via summaria & executiva, implorato iudicis officio, probabit aliquam vel aliquas res esse penes reum condemnatum, & iudex compellet eas sibi restituere: ita probat mihi casus expressus & notabilis in

*leg. Item videndum. §. Si quis compelleretur. ff. de Petit. hered.* & licet ille textus videatur loqui eo casu quo ante sententiam supervenit possessio rei; tamen eadem est ratio si superveniat sibi postea, cum iudicium petitionis hereditatis rectè fuit propositum: & istam conclusionem tenet ibi Paul. de Castr. in *fin.* licet non bene declaret, nec fundet: idem Paul. in *leg. Si quo tempore, in fin. eodem titul.* idem Paul. in *dicta leg. 4. eodem titul.* Et ratio vera, & subtilis huius conclusionis est; quia ista actio principaliter datur, & competit, ut quis declaretur & pronuntietur hæres universalis in solidum vel in quota & istud venit proprie ex natura ipsius actionis; restitutio autem rerum non venit iure actionis, sed ex iudicis officio, ut est textus clarus in *leg. Licet minimam. ff. de Petit. hered.* textus in *leg. 3. ibi: Hereditatem nostram esse intendere possumus, eodem titul.* Et si subtiliter dicas, quod ista mea conclusio non potest esse vera, quia petitio hereditatis requirit extremum habile ex parte rei conventi, scilicet quod possideat aliquam rem pro herede, vel pro possessore, ut dicit textus formalis in *leg. Regulariter cum 4. 11. sequentibus. ff. de Petit. her.* textus in *leg. Hereditatis. Cod. eodem titul.* & idem est in actione reali particulari, *Rei vindictio, Publiciana, & similis*; quia semper requirit extremum habile, hoc est, possessio, vel detentatio ex parte conventi, ut in *leg. unic. Cod. de Alien. iud. mut. caus. fac. cum materia.* Quia respondeo, quod bene verum est, quod petitio hereditatis competit contra eum qui possidet aliquam rem hereditatis pro herede, vel pro possessore, ut dicunt prædicta iura; sed etiam competit contra eum qui dicit, & pretendit se heredem, ut hoc discutatur, & liquidetur, & pro eo qui probaverit fertur sententia declaratoria iuris universalis; pronuntiando eum heredem, & alteri imponendo silentium: & ita potest noviter intelligi text. in *dict. leg. Regulariter. ff. de Petit. her.* ibi: *Qui vel jus pro herede, vel possessore possidet, vel rem hereditariam*, quasi velit dicere, quod possidere jus dicatur, dicere se heredem, & talem reputari: Facit etiam bonus text. in *leg. Sed & si possessor. §. Si cum de hereditate, ff. de Jurejur.* Pro qua sententia & mea conclusione considero novissimè textum notabilem, & subtilem & rationem ejus in *leg. Hereditas etiam in princip. ff. de Petit. hered.* ubi dicit, quod hæres & hereditas potest dici, licet nulla bona habuerit defunctus, nec relinquat in hereditate: cuius verba sunt: *Hereditas etiam sine ullo corpore juris intellectum habet* & tali casu principalis effectus erit representatio intellectualis defuncti, quæ principaliter attenditur & à jure consideratur in qualibet successione; & ex qua

possunt aliquando resultari effectus; & tali casu potest competere petitio hereditatis, ut probat text. in *dict. leg. Hereditas*, qui aliud non voluit, & teredo quod in alium finem non fuit positus in illo titulo. Sed tunc reus adversarius nullam rem possideret; imò impossibile esset possidere, cum non sit aliqua res in hereditate: Ergo clare infertur, quod potest competere contra illum qui tantum dicit & pretendit se heredem, & valebit iudicium & sententia huius juris declaratoria. Nec obstat iterum si dicatur, quod lata definitiva sententia in principali, cessat iudicis officium accessorie competens, ut in *leg. 4. C. Depositi*: Quia illud est verum, quando officium iudicis respiciebat condemnationem; secus verò si respiciebat tantum executionem & solam realem restitutionem, ut hic.

Quarta conclusio & finalis sit: Quod si actor intendat petitionem hereditatis, & reus conventus non dicit nec contendit se heredem, nec etiam possidet aliquam rem hereditariam, nec obtulit se liti; tunc teneo indubitanter, quod non potest competere petitio hereditatis, nec valeret iudicium, nec sententia declaratoria aliquis juris; quia non est extremum aliquod ex parte rei conventi, ratione cuius intentetur, & non reperiretur reus in hoc iudicio contra quem possit ferri sententia: argumento text. in *cap. Forus, versic. In omni negotio, extra, de verb. signif. & in leg. Inter litigantes. ff. de Judic.* & in expresso istam conclusionem, licet sic non declarata, tenet Bald. in *leg. Non aliàs, 1. lectur. ff. de Judic.* idem Bald. in *leg. Licet minimam, 1. lectur. ff. de Petit. hered.* idem Bald. in *leg. Qui se liti obtulit, 2. lect. ff. de Rei vind.* & ante eum Guillel. de Cum. in *leg. Cogi, Cod. eodem titul.* quem ibi refert Bald. *fin. column.* Licet contrarium & male velit Paul. in *leg. 4. ff. de Petit. her.* idem Paul. in *leg. Si quo tempore, eodem titul.* idem Paul. in *leg. Item videndum, §. 1. in fin. eod. titul.* Bald. & expressè & subtiliter in *leg. Cogi, Cod. eodem titul. fin. column. num. 13.* Salycet. ibi, penult. column. num. 13. & 14. argumento Gloss. singularis in *leg. Si à te, §. 1. ff. de Excep. rei jud.* Sed certè eorum opinio est falsa; nec obstat Gloss. in *dict. leg. Si à te*, quia eam reprobo vi suo loco.

167 Et si quæras, in quo differat istud iudicium universale petitionis hereditatis, & interdictum quorum bonorum? vide Gloss. in *Rubr. Cod. Quorum bonorum*, & ibi latè Bart. Bald. Salyc. & communiter DD. & satis patet ex supra dict. Bartol. in *leg. 1. ff. Quorum bonorum, 2. col. n. 4.* & ibi DD. Rofred. notabiliter in *Libellis suis, in Rubr. quorum bonorum, fin. col.* Ex quorum dictis possunt colligi sequentes diff. Anton. Gomez. ad *Leg. Tauri.*

ferentiae: Prima, quia prædicta iudicia sunt merè possessoria; istud verò est mixtum, quia sapit proprietatem, cum in eo actor declaretur hæres; sapit etiam possessionem, cum in consequentiam fiat restitutio possessionis. Secunda, quia illa iudicia sunt summaria, & quodam modo executiva, & in eis non ventilatur jus vel exceptio requirens altiore indaginem; istud verò est plenarium. Tertia, quia in illis iudiciis non admittitur appellatio; in isto verò sic. Quarta, quia in illis iudiciis non veniunt fructus, nisi à tempore litis contestatae: quia regula notabilis est in hac materia, quod in interdicitis non debentur fructus, accessiones, nec interesse, nisi à tempore litis contestatae: textus est in *leg. In interdicitis. ff. de Interdicitis.* cuius verba sunt, in *interdicitis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edicta sunt, non retro, & ibi notant & commendant Gloss. ordinaria Rainer. Bart. Alber. Angel. de Perus. & communiter DD. text. in l. Quæsitum. §. Ex hoc interdicto. ff. de Precario.* Quod est verum, & procedit in omnibus interdicitis, præterquam in interdicto *Unde vi*: quia reus conventus tenetur à tempore violentiæ commissæ: text. est in *l. 1. §. Ex die. ff. de Vi & vi arm.* cuius verba sunt, *ex die quo quis dejectus est, fructuum ratio habetur, quamvis in cæteris interdicitis ex quo & ita sunt non retro computantur*: text. in *l. Semper. §. In hoc interdicto. ff. Quod vi aut clam. text. in l. Videamus, la. 2. §. In Fabiana. ff. de Usuris*, text. in *l. Si de posses. Cod. Unde vi*, & istam regulam & doctrinam, ponit Azor. in *Summa. Cod. de Interdicitis, fin. col. num. 21.* & communiter DD. in locis supra allegatis. Sed adde, quod prædicta regula, & conclusio debet intelligi quando reus conventus possidet cum bona fide: Si verò cum mala fide, indistinctè tenetur in quolibet interdicto à tempore possessionis, vel detentationis; & in interdicto *unde vi* non est speciale, quia semper invasor fuit in mala fide: & in expresso ita tenent & declarant Rainer. Bart. Albert. Ang. de Per. & communiter DD. in *dict. l. In interdicitis, & in aliis locis supra allegatis.* In isto verò iudicio petitionis hereditatis veniunt fructus, partus, & accessiones, in quantum possessor est factus locupletior, quia omnia ista augent hereditatem. Quod est verum, & procedit quando erat bonæ fidei possessor; si verò esset malæ fidei possessor, indistinctè tenetur de omnibus fructibus & accessionibus: text. est in *leg. Sed & si leg. §. 1. & per totam legem. ff. de Petit. hered. cum simil.*

168 Interdictum retinendæ possessionis competit possessori pro tuenda, & conservanda possessione, quam habet in aliqua re, contra impedientem vel molestantem in ea; & vocatur

Uti possidetis pro rebus immobilibus, & Utrobique pro rebus mobilibus: text. est in l. 1. & per totum ff. Uti possid. text. in leg. Una, Cod. Uti possid. text. in §. Retinendæ, Instit. de interd. cum duabus §§. sequentibus, text. in leg. 1. ff. Utrob. Et in primis adde, quod datur, & competit possessori, modo possideat civiliter & naturaliter, modò civiliter tantum, modò naturaliter tantum: text. est in dict. leg. 1. in princip. textus in §. Interdictum autem, ejusdem l. text. expressior cæteris in leg. fin. eodem tit. ubi fructuario naturaliter tantum possidenti, & proprietario civiliter tantum possidenti datur hoc interdictum: & ibi Glos. ordinaria, Ang. & communiter DD. tenet etiam expressè Bart. in dict. leg. 1. col. 1. in princ. & tenet Azor. in Summa. Cod. Uti possid. 2. col. num. 6. Faber. in §. Retinendæ, Instit. de interd. in princ. & ibi Plat. 2. col. vers. Ad primum. Confirmatur, quia interdictum unde vi, competens pro vi expulsiva, datur possidenti civiliter tantum, vel naturaliter tantum: text. est in leg. 1. §. Dejecitur. ff. de Vi & vi arm. & ibi communis Doctrina DD. Ex quo inferitur, quod si quis tantum habet nudam detentationem rei, & non possessionem, non potest ei competere hoc remedium uti possidetis: & ita tenent & concludunt DD. ubi supra, probat text. formalis in leg. Si duo. §. Creditores eod. tit. & in isto casu, quod remedium competat detentatori, vide omnino & necessariò ea quæ dixi supra, ista leg. in articulo detentationis. (z)

169 Advertendum tamen, quod licet possessori detur hoc interdictum Uti possidetis; tamen debet intelligi, quando non possidet vi, clam, vel precario ab ipso adversario: nam aliàs non possit obtinere in hoc interdicto: text. est in dict. l. 1. ff. Uti possid. in princ. text. in §. Perpetuo ejusdem leg. text. in l. Una C. eod. tit. text. in §. Hodie, Inst. de interd. unde etiam ab alio possideret vi, clam, vel precario, & sic vitiosè vel injustè, non tamen ab ipso adversario, bene posset sibi competere hoc inter-

(z) De hoc interdicto, vide Eguinarium lib. 6. Manualium, tit. 17. Menoch. de Retinend. remed. 3. in princip. interdictum Uti possidetis olim competebat ei, qui tempore redditi interdicti possidebat; interdicto verò Utrobique experiebatur ille, qui majore parte novissimi anni possedisset: Quæ differentia abrogata fuit; nam Ulpian. in leg. 1. Uti possidetis, scribit, in utroque interdicto sufficere possessionem tempore turbationis; Justinianus verò in §. Retinendæ instituit. de interd. scribit sufficere litis contestatæ tempore turbatum possidere, quæ diversæ constitutiones sunt, ut advertit Eguinarius Varo, ubi supra in dict. §. Retinendæ, & patet, quia Ulpian. turbationis tempus, Justinianus tempus contestationis attendit; quamvis unam esse constitutionem & exæquationem, quam pro more suo sibi vindicat Justinianus, contendat Menoch. de Retinenda remed. 2. n. 4. & sequentibus. Retinendæ autem possessionis causa comparata sunt interdicta ne vis fiat ei de superficiebus, & retinere actuque privato, de aqua quotidiana & æstiva, de rivis, de fonte, ut constat ex illis titulis, & prosequitur Menoch. de Retinenda remed. 1. cum sequentibus.

in cap. Veniens, 2. column. de Præscript. & ibi Joan. Anton. 2. column. Abb. penultim. column. Cardin. 2. column. Et in tantum hoc est verum, ut procedat etiamsi ego reus talem exceptionem opponam post litem contestatam in qualibet parte litis; quia debet admitti tamquam exceptio peremptoria: ita Bartol. singulariter in dict. §. fin. 1. column. num. 4. nam jura prædicta aperte probant, quod talis exceptio opponitur ad victoriam; & justitiam causæ, non autem ad processum; & referunt verba sua ad tempus difinitivæ sententiæ, non verò ad tempus litis contestatæ: tenet etiam Cardin. in dict. cap. Veniens, de Præscript. 2. column. & ibi Abb. antepenult. column. versicul. Secundum remedium est. Imol. penult. column. num. 11. Anton. 3. column. in medio, licet contrarium teneat Innocentius in dict. cap. Veniens, 2. column. ubi expressè dicit, quod talis exceptio debet opponi ante litem contestatam, argumento text. in cap. fin. de Ordin. cogni. sed communiter reprobat a Doctoribus. Ex qua conclusione sic declarata nota, quod licet ego spoliatus mea possessione non possim propria autoritate expellere violentum possessorem ex intervallo, sed incontinenti, ut in leg. 3. §. Cum igitur. ff. de Vi & vi armata, tamen bene possum eam semper & perpetuò inquietare, nec teneo interdicto uti possidetis: ita tenet Glos. ordinaria in dict. §. fin. in glos. penult. & ibi Bart. 1. column. numer. 3. & communiter alii DD. & illam Glos. reputat ibi singularem Alexand. in Addition. ad Bartol. similis tamen Glos. est in leg. unic. Cod. Uti possid. in verb. Nec precario, & ibi communiter DD. & istam sententiam, & conclusionem reputat singularem Abb. in dict. cap. Veniens, de Præscript. antepenult. column. ibi Imol. penult. column. & Anchar. fin. column. & reputat mirabilem Salyc. in dict. leg. unic. Cod. Uti possid. 6. column. num. 26. notat etiam & commendat Angel. de Aretin. in §. Retinendæ, Institut. de Interdictis, final. column. Unum tamen est, quod si ego turbator opponam prædictam exceptionem, & insuper petam restitutionem rei, & possessionis mihi fieri, deducendo remedium unde vi, vel aliud competens remedium per viam exceptionis, & reconventionis, obtinebo, & fiet mihi restitutio, non ex natura interdicti Uti possidetis, cum non possideam, sed ex natura interdicti unde vi, vel alterius remedii propositi per viam exceptionis seu reconventionis: argumento text. in leg. Papinianus. §. Si filius. ff. de Inoffic. testam. text. in l. Si præteritus. ff. de Contrah. tabul. & ita in specie ita tenet & declarat Alberic. in dict. leg. 1. §. final. ff. Uti possid. final. quest. post Din. & Antiquos; tenet etiam Abb. in dict. cap. Veniens, de Præscript. antepenult. column. Anton. Gom. ad Leg. Tauri.

lumn. versic. Tertium remedium, & ibi Cardin. 2. column. Anchar. 2. column. Attende tamen, quod superior conclusio debet intelligi quando actor possideret vi, clam, vel precario, & sic injustè & vitiosè à me adversario convento interdicto uti possid. secus tamen est, si possideret clam, vi, vel precario, & sic injustè & vitiosè ab aliquo tertio; quia tunc bene posset agere contra me vel alium inquietantem, & obtinebit, nec ego possem opponere de jure tertii text. est in dict. leg. 1. §. fin. ff. Uti possid. & rutio duplex statim ponitur in leg. 2. Prima, quia non refert an justa vel injusta sit possessio quoad alios: Secunda, quia possessor, modò possideat justè, modò injustè, plus juris habet quam ille qui nullo modo possidet: Facit etiam text. in leg. 3. §. Ex contrario. ff. de Acquirend. possess. text. in leg. Duo in solidum. ff. de Precario. Ex quibus infert Angelus de Perus. in dict. l. 1. §. fin. ff. Uti possid. pulchram & singularem regulam: Quod in omni materia possessor justus vel injustus semper plus juris habet, quam ille qui nullo modo possidet.

170 Pro perfecta tamen intelligentia oportet videre contra quem detur, & competat hoc interdictum uti possidetis? Et resolutivè respondeo, quod competit: Primò contra illum qui se possidere contendit, ut sic ille qui melius probet defendatur in possessione, & habeat commodum possessionis: text. est in leg. 1. §. Sed si inter ipsos. ff. Uti possidetis, cujus verba sunt, sed si inter ipsos contendatur uter possideat, quia alteruter se magis possidere affirmat, tunc si res soli sit in cujus possessione contenditur, ad hoc interdictum remittetur, & ibi Glos. ordinaria, in verb. Affirmat. Bartol. & communiter DD. textus in §. Retinendæ ejusdem leg. text. in leg. Exitus. ff. de Acquirend. possession. text. in leg. Incerti juris, Cod. de Interdictis: text. in leg. Ordinarii, Cod. de rei vend. text. in §. Retinendæ, in princip. Instit. de Interdict. text. in cap. Licet causam, de probat.

Secundò datur & competit civiliter possidenti contra possidentem tantum naturaliter, vel civiliter: & naturaliter possidenti contra detentatorem tantum, ut desinat à molestia, & in consequentiam restituat possessionem naturalem vel detentationem ipsi auctori possidenti: ut infra latius dicam. Tertio datur & competit contra quemlibet inquietantem, vel molestantem; licet non asserat nec contendat se possidere; quia non sinit possidentem liberè uti sua possessione, arando, seminando, ædificando, fructus colligendo, vel alio quovis facto vel modo: text. est notabilis & capitalis in materia in leg. Vim facit. ff. de Vi & vi arm. cujus verba sunt: Vim facit, qui